



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**IVRIS CANONICI|| SEV PONTIFICII|| PARTITIONES,||**

**Grégoire, Pierre**

**[Frankfurt], 1595**

**VD16 G 2996**

10 De sacramento pœnitentiæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63677](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63677)

- quin sacramentum Eucharistia ei fuerit A  
ad latum, ita absolutus sub mortem.  
n in cano. his qui poenitentiam. 8. 26. quest.  
6. ex Concil. Carthaginens. 4. cap. 76.  
o can. questum 13. q. 2. cap. 2. de furtis.  
p can. tanta. 86. distin.

## CAP. IX.

## Quidam effectus Eucharistia.

Eucharistia digna sumtio est poenarum  
relaxatio, a & per eam, assumens vnitur  
Christo, & consequitur vitam æternam. b  
Per eam benedicimur, adscribimur cælo,  
& de visceribus Christi esse censetur, a  
bestiali sensu exuimur. c Sacramentum hoc,  
pietatis est, signum vnitatis, vinculum ca-  
ritatis. d indignè manducantibus, iudicium  
& mors: e salus mentis & corporis digne  
summentibus. f Sunt & deuote festum Eu-  
charistia celebrantibus, & horis canoni-  
cis & diuinis officiis per totas eius festiui  
octauas, assistentibus, indulgentia con-  
cessa, contritis & cõfessis. Nempe iis, qui  
interfunt officio matutinali centum dies  
venia, qui Missa, totidem: qui primis &  
secundis vespers, totidem: iis qui prima,  
tertia, sexta, nona, horarum g officiis in-  
terfuerunt, pro singulis horis quadragin-  
ta: his vero, qui prædictis officiis per octa-  
uas interfuerint centum dierum indulgentia  
dantur singulis octauarum diebus. h

## SCHOLIA.

- a can. panem de altari, & can. cum omne, de  
consecratione dist. 2.  
b can. Christus panis, & can. quid est Chri-  
stum, can. qui manducat, & can. credere,  
can. commodauit, can. hoc sacramentum,  
can. reuera ista autem esca, can. omnia.  
vers. & cum digne. can. in Christo, de con-  
secrat. dist. 2.  
c can. vtrum 72. de consec. distin. 2.  
d can. hoc sacramentum 63. de consecratio.  
distin. 2.  
e can. sicut Indas 68. de consecrat. dist. 2. 1.  
ad Corinb. 11. demones etiam abigi a do-

mibus ex celebratione Missar. testatur  
D. Augustinus. lib. 2. de Ciuitate Dei. ca.  
8. Niceph. Calix. lib. 16. ca. 36. Pachime-  
res in Ecclesiasticâ Hierarchiam D. Dio-  
nyssi Areop. cap. 3. de Synaxi.

f Scribit Gregorius Nazianzenus, in ora-  
tione in funere patris habita. patrem suum  
sacerdotem, diutina & ardentissima febre  
exhaustum, ab ancilla synaxis tempore a-  
liquando adductum manu in conuentum  
ecclesiasticum, in quo pro more Eucharis-  
tiam, sed paucissimis, & quibus tunc po-  
tuit per morbum verbis consecratam aliis  
& distribuerit, & participauit ipse quoq;  
reuersum ad lectum, ciboque parum ac so-  
mno refectum, melius statim se habuisse, ac  
pristine tandem sanitati ex integro fuisse  
restitutum. Simile quippiam idem recitat  
in oratione in funere sororis habita. Idi-  
psum & refert D. Ambrosius. de fratre suo  
Satyro, in oratione de eius funere.

g cap. 1. de reliquiis & Veneratio, sancto. in  
Extrauag. communibus. Omitto effectus  
alios, qui accedunt ex sacrosancta Eucha-  
ristia per ceptione, de quib. sacri patres tra-  
ctant, vt per eam nos vniri Christo, & fie-  
ri diuina natura participes, aliisque præ-  
stantissima hinc nobis aduenire beneficia,  
qua ab illis discas.

DE SACRAMENTO  
poenitentia.

## TITVL. X.

- a Tractatur de poenitentia. tit. de poenitentia &  
remissionibus. lib. 5. Decretalium. tit. 38. In Sexto  
Decret. lib. 5. tit. 10. in Clemen. lib. 5. tit. 10. in De-  
cret. de poenitentia, per septem distinct. apud nos.  
lib. 2. Syntag. iur. c. 8.

## CAPVT I.

## Continuatio.

Post explicationem Baptismi, † Con-  
firmationis, & viatici Eucharistia, su-  
perest, vt proxime agamus de remedio, quo  
athleta Christi baptizatus, vnctus, & re-  
fectus,

fectus, si quando in pugna spiritali vulnere-  
retur, resurgere & iuuari, Deoq; reconciliari  
possit, quod pœnitentia dicitur. Et secunda  
tabula per quam a naufragio saluari possit,  
a sacramentum, nullo modo, si fieri possit,  
differendum, nisi omnino perire malimus. *b.*

## SCHOLIA.

*a* ca. 2. de pœnitent. distin. 1. de hoc sacramen-  
to nos multa lib. 2. Syntag. iuris, cap. 8.

*b* in Concilio Tridentino sessione quarta  
cap. 1.

## CAPVT II.

## Pœnitentia quid.

PœNITENTIA generaliter, est prioris  
sententiæ conuersio, *a* *μὴ ἀνοία* Græcis.  
Pœnitentia autem in peccatis retractan-  
dis, est vindicta semper puniens in se, quod  
dolet commisisse, *b* vel ut ait D. Ambrosius,  
*c* est mala præterita plangere, & plangi-  
genda iterum non committere. Et ut alibi,  
*d* D. Augustinus, pœnitere, est pœnam te-  
nere, ut semper puniat in se vlciscendo,  
quod commisit peccando. In quantum ve-  
ro est sacramentum, sic definitur com-  
modius. *e* Pœnitentia, est signum sensibili-  
le, seu imago sacræ rei, videlicet remissio-  
nis peccatorum, cuius causa est, per sensibili-  
lem contritionem, confessionem, & abso-  
lutionem.

## SCHOLIA.

*a* Et hac ita sine reprehensione, & in Deo es-  
se, & in homine, dicitur. Tertullia. lib. 2.  
aduersus Marcionem facit. Gen. c. 6. *ibi*,  
pœnitent, inquit, Deus, me fecisse homi-  
nem, explicatur in Concilio Toletano 8.  
cap. 2. can. 9. incommutabilis, 22. qu. st. 4.

*b* ex Diuo Augustino in libr. de vera & fal-  
sa pœnit. c. 8. & in can. 4. de pœnitent. di-  
stinct. 3. can. pœnitentia quippe, ead. dist.

*c* can. 1. de pœnitent. distinct. 3. ca. ecce nunc, §.  
pœnitentia, de pœnitent. distinct. 1.

*d* lib. de falsa pœnitentia c. 19. dicto can. 4. §.  
1. de consecratio. distinct. 3.

*A e* Vigneri in institutionibus Theologicis  
cap. 16. §. 1. de pœnitent.

## CAPVT III.

1 Pœnitentia distinctio. 1. vera, falsa.

2 Publica priuata.

3 Solemnis.

4 Non repetita, & quibus imposta.

5 Publica non solemnis.

6 Priuata qua.

**H**OMINIS pœnitentia, Aut est falsa, *1*  
Aut vera. Veræ semper indulgentia  
promittitur, sicut falsæ negatur. *a* Falsa  
erit, quæ non secundum auctoritatem san-  
ctorum patrum pro qualitate criminum  
imponitur, *b* Vera contra falsam. Et dici-  
mus pœnitentiam, rem alienam, per quam  
contractum est peccatum, non restituere,  
*c* pœnitere se pœnitentiam egisse: *d* si non  
sit secundum qualitatem criminum: *e* plu-  
ribus peccatis commissis pro vno tantum  
pœnitere: *f* inter pœnitendum animum  
pœnitendi deponere. *g.*

Rursum vera pœnitentia est, aut publi-  
câ, aut priuata: & iterum publica, aut so-  
lemnis, aut non solemnis. *b* Priuata multas  
etiam habet species aut modos, quibus re-  
dimuntur peccata. *i* Item sicut quædam  
charitas alia est incipiens, alia proficiens,  
alia perfecta: sic & pœnitentia alia est inci-  
pientium, alia proficientium, alia perfe-  
ctorum. *k.*

Solemnis pœnitentia est, quæ publice  
certis personis & ceremoniis adhibitis fie-  
bat, quando in capite quadragesimæ, *l* se  
representabant episcopo ciuitatis ante fo-  
res Ecclesiæ, sacco induti, nudis pedibus,  
vultibus in terram demissis, adstantibus ar-  
chipresbyteris, presbyteris parochiarum,  
& presbytero pœnitentium, qui inspicere  
eorum pœnitentiam & conuersationem  
diligenter debebant, & secundum modum  
culpæ pœnitentiam per gradus iniungere,  
& deinceps in Ecclesiam inducere. Tunc-  
que episcopi officium, ut prostratus in ter-  
ra, cum lachrymis pro eorum absolutione

septem Psalmos pœnitentiales decantet, & surgendo ex oratione manus singulis imponat, aquam benedictam super eos aspergat, & iniecto cinere capita illorum cilicio operiat, & cum gemitu, crebris suspiriis eis denūtiat: quod sicut Adam proiectus fuit de Paradiso, ita ipsi pro peccatis abiiciantur. Quo dicto iubebat & ministris eos extra ianuam Ecclesiæ expellere, quos clerus prosequatur cum Responsorio, *in sudore vultus tui vesceris pane tuo.* Solemnis pœnitentia, non nisi pro grauissimis sceleribus publicis imponebatur, dum tanta erat peccati plaga & imperus morbi, ut medicamēta corporis & sanguinis Domini differenda essent auctoritate antistitis. *m.*

4 Ideo semel tantum in vita homini imponitur nec iteratur, nisi contraria esset iterandi alicuius Ecclesiæ consuetudo. Neque solet, aut non debet imponi clericis, propter scandalum publicum, quod posset in contemptum mysteriorum conuertere, nisi prius ab ordine depositis, & ea lege, ut post eam peractam pœnitentiam etiam iterum promoueri possint. *Quemadmodum nec post eam pœnitentiam propter ipsum scandalum, nullus ex publice pœnitentibus, quantumvis bonis, potest ordinari.* *¶* Etsi post alias nō solemnnes pœnitentias lapsi, possint in locum pristinum restitui. *r.*

5 Publica non solemnns pœnitentia dicitur, quæ palam quidem & publice fit, at sine prædictis solemnitatibus, pro peccato tamen publico, quod meretur ad exemplum aliorum emendationem publicam, sed tamen non habet scandalum publicum. *f.*

6 Priuata & secreta pœnitentia est, quæ nec solemnns, nec publica est, sed priuatim datur & peragitur: quæ pro grauioribus peccatis etiam, veruntamen occultis, imponitur. *u.*

## S C H O L I A.

a *can. in tantum, §. fin. & ca. seq. de pœnit. distinct. 3.*

ca. falsas. 6. de pœnit. dist. 5. vide ca. 2. 1. 9. 7. Potest & dici non vera & falsa pœnitentia, quæ non habet materiam & formam de quo postea, dehinc & quæ fiebat ab antiquis gentilibus, apud quos nulla vera remissio peccatorum, quam faciebant coram idolis, quæ sensu carebant, nec habebant potestatem remittendi peccata: veluti quando rei homicidii fortuiti, expiationis causa ex lege Memphytarum proficisciebantur ad Gymnosophistas, neq; prius in patriam redire poterant, quam ab illis fuissent absoluti: alioquin tandem in montibus aberrabant, donec illorum Gymnosophista misericordia mouerentur, ut scribit Philostratus in vita Apollonii lib. 6. cap. 3. meminit & eodē li. 6. ex Hesychio de festo *γυμνασίου* eius, quod erat apud Spartiatis, in quo adolescentes, aram Amyclis circumstantes, terga mutuis verberibus cedebant, hocq; modo putat a Scythis & Spartiatis Dianam Scythicam fuisse cultam. Non enim sola maceratio corporis pœnitentiam veram facit, quæ aliquando magis nocet quam prodest, si Ecclesia non accedat auctoritas & potestas peccata dimitte: quemadmodum legimus de secta flagellatorum improbata: eos enim ferunt in tantam superbiam & desipientiam uenisse, ut inter errores quos plures predicabant, assererent suam flagellationem preferendam esse martyrio, & per illam aboleri peccata, ut refert Bernardus Lurzemburgensis in heresibus & Alphonsius de Castro lib. 4. contra hæreticos.

c *ca. si res, 14. q. 6. & tamen licet vera non sit Pœnitentia, admittenda est eorum confessio, qui implere dicunt se non posse iuxta tradita in c. quod quidam de Pœni. & remiss. & iuxta distinctionem Pan. ad d. c. officii. & talis pœnitentia dicitur nō vera, id est non fructuosa, quo ad vitam eternam, tamen ualet ei quia talem facit, quia sentiet fructum eius, cum de alio criminis pœnitentiam egerit §. penul. & si. de Pœn. dist. 3. & ideo talis confessio eius qui crimen confitetur, tamē dicit se abstinere non posse.*

- posse, est admittenda, & crebris & salutari-  
 bus monitis pœnitentia indicenda. dicto  
 c. quod quidam: nam ut ibi ait glossa ad  
 verbum pœnitentia, pœnitentia aliorum  
 criminum valebit ei. Et pene quod nō pœ-  
 nitent de aliis, valebit ei talis pœnitentia.  
 Nam omnia bona quæ quisque facit in vi-  
 ta illa, profunt ei ad vitam æternam pro-  
 merendam, vel saltē ad minus supplicium  
 subeundum, dicto §. penul. de Pœni. dist. 3.  
 item ad bonum temporale obtinendum, B  
 ca. cauendum de Pœn. dist. 3. ca. si quali-  
 bet culpa. 22. q. 2. & ad hoc ut Deus ci-  
 tius illuminet cor eius ad veram pœniten-  
 tiam, can. falsas, de Pœnit. dist. 5.
- d ca. sunt qui, 17. caus. quest. 4.  
 e ca. falsas, de pœnitentiâ, distinctione quinta.  
 f ca. fratres, de Pœn. dist. 5. ca. scelerator, §.  
 his auctoritatibus, de pœn. dist. 3. ubi ra-  
 tio. vide glos. 1. ad can. quod quidam, de  
 Pœnit. & remissio.
- g dict. c. quod quidam, 5. de Pœnitentiâ &  
 remissione.
- h ca. si quis post, & seq. 50. distinct.
- i ca. medicina, de pœnitent. distinct. 1.
- k ca. quamuis caute, §. Illud autem, de Pœ-  
 nit. dist. 5. Ex Diuo Augustino, epist. 54.  
 ad Macedonianum.
- l Solemnitates omnes ponuntur publica pœ-  
 nitentiâ, in ca. 64. in c. quadragesima, 50.  
 dist. ca. pœn. 63. dist. & in pontificali & D  
 ordine Romano, a pagina 14. vsq. ad 30.  
 Docet & quomodo fieret hæc publica pœ-  
 nitentiâ solemnisi in Orientali Ecclesia &  
 Roma, Nicephor. Calix. lib. 12. c. 28. So-  
 zomenus lib. 9. Tripartita historia. cap. 35.
- m ca. in actione pœnitentiæ, 84. de Pœn. dist.  
 1. ca. penul. 50. distinct. maiora crimina  
 exponuntur in c. at si clerici, §. 1. de Indic.
- n ca. si quis post remissionem, 50. vide Nice-  
 phor. Calix. lib. 6. cap. 1.
- o ca. nihil prodest, §. ex persona, de Pœn. di-  
 stinct. 3.
- p ca. confirmandum, ca. alienum est a con-  
 suetudine, 50. dist. ca. sacerdos, de Pœn.  
 distinct. 6.
- q ca. ex pœnitentibus, can. canones, 50. dist.
- c. 1. de bigamis. In Concilio Carthaginen-  
 si, 4. cap. 68. & 69. Rationē adfert D. Au-  
 gustinus epistola 50. ad Bonifacium, cu-  
 ius verba in ca. 24. ut consuleretur, 50.  
 distinct.
- r cano. si post ordinationem, 12. §. econtra,  
 cum ca. sequentibus, 10. distinct.
- s cap. 1. & c. questu, 7. de Pœnit. & remissio.  
 li. 5. tit. 3. exemplū in ca. ego Berengarius,  
 de cōsecr. dist. 2. forma vna in c. 2. de Ma-  
 ledic. facit D. Paulus 1. ad Timotheū, c. 5.  
 peccates, inquit, corā omnib. argue, ut cæ-  
 teri timorē habeant: refertur in ca. sed il-  
 lud, 45. dist. facit c. 18. Diui Matthæi, ibi,  
 die Ecclesiæ, &c. Publicā indixit pœniten-  
 tiam D. Ambrosius Theodosio Imperato-  
 ri ob eadem Thessalonicensium temere ad-  
 missam, prohibito ingressu Ecclesiæ, donec  
 eā peregisset. Nicephor. Calix. lib. 12. c. 40.  
 Theodoretus li. 9. Historia Tripartita, c.  
 30. Diuus Ambros. lib. 5. epistola. epist. 28.  
 publicum peccatum coram omnibus pu-  
 niendum, ca. si peccauerit, 2. quest. 1.
- t ut notatur in ca. fin. 26. quest. 6. iuncto c.  
 1. & c. questum, de Pœn. remissio.
- u dicto c. questum, 7. de pœnitentiis & re-  
 missio. Occulta peccata nō sunt publice pu-  
 nienda, can. si peccauerit, 2. q. 1. can. si quis  
 potestatem, 23. q. 4. exemplum de Christo  
 & Iuda, in canon. fin. 15. quest. 5.

## CAPVT IIII.

- 1 De materia, circa quā versatur pœnitentiâ.
- 2 De peccato & distinctione eius: de originali.
- 2 De actuali, mortali, & veniali.

PRO materia, circa quam versatur pœ-  
 nitentiâ, sunt peccata, secundum quo-  
 rum circumstantias & confitentis contri-  
 tionem, pœnitentiæ modus iniungitur:  
 a nempe delictorum per pensâ qualitate &  
 quantitate, b ætate, c scientia, d sexu, e &  
 conditione, f delinquentis, obseruato  
 modo, tempore, loco delinquendi, volun-  
 tate, proposito, euentu, cæterisque, quæ vt  
 variant delicta, sic quoque & pœnæ de-  
 linquentium. g.

2 Ex concilio Toletano, *b* crimen seu peccatum, est, id omne, quod accusatione vel reprehensione dignum est. Peccatorum, aliud originale, aliud actuale. *k* Actuale rursus, aut mortale, aut veniale. *k* Originale peccatum, ab Adamo primo parente trahitur. In quo omnes eramus, (quia ex eo generati fuimus, qui peccauit.) *l* Carientiam seu priuationem iustitiæ originalis debita, in primo parente acceptæ, *m* dicunt: hocque in nobis inuoluntarium in vniuersali & particulari, quod fuit voluntariū voluntate aliena, nempe Adæ: quod propterea potest remitti sine actione aut passione voluntatis eius, in quo est per baptismum, *n* quemadmodum olim per circumcisionem. *o*.

3 Actuale peccatum est, quod a singulis committitur, ex quo committens tantum, non alius, nisi consentiat, polluitur. *p* Peccatum mortale actuale iuxta diuum Augustinum, *q* est voluntas retinendi vel consequendi, quod iustitia vetat, vnde liberum est abstinere. Aliis mortale & criminale: quod cum fit, ex deliberatione fit: quod non dimittitur nisi per pœnitentiā: *r* peccatum etiam generaliter dicitur mortale, ex quo pœna æternæ mortis imponitur, si quis impœnitens & nō reconciliatus Deo, moreretur. Ecclesia Catholica mortalium peccatorum summam in septem capita *D* coniecit. *s* Dicunt & Theologi, *t* quod quicquid est contra præcepta diuinæ legis aut bonæ humanæ, de se habet rationem mortalis peccati, nisi vel ratione subreptionis, vel modicitatis vel rationabilis causæ, quoad præcepta humana, vel dispensationis superioris, excusetur. Peccatum vero veniale, non esse contra legem aliquam, sed præter legem quam lex sancta intendit. Veniale item dicitur peccatum, quod ex ignorantia vel infirmitate humana committitur, & facile dimittitur. *u*.

## S C H O L I A.

*a* cap. 3. *Et* c. Deus qui Ecclesiam 18. de Pœn.

*A* *Et* remissio. ca. consideret de pœn. dist. 6. tota 26. q. 7. vsque ad ca. 10. quemadmodum *Et* ini cruce considerat in l. aut facta, 10. de Pœn. P.

*b* ca. 1. consideret. de pœn. dist. 5. c. sicut dignum, 6. de homicid. ca. homo 40. Sicuti quadam crimina ob sui gravitatem *Et* circumstantias persenerantes, que dicuntur irremissibilia, vt que contra spiritum sanctum committi dicuntur, non quidem ex parte Dei, qui omnipotens est, facileque operatur, que hominibus videntur impossibilia. Marci. c. 19. sed quia ita disponunt illa peccata hominem, vt agat, que contraria sunt remissioni. Contra spiritum sanctum peccatur primo, cum male quis de diuina persona eius sentit, ca. hi l. vero, de consecra. dist. 4. 2. cum obstinate quis asserit, omnia mala esse impunita, *Et* bona irrenumerata. ca. adhuc, in fine de pœn. dist. 3. quando quis pœnitens desperat de Dei gratia *Et* misericordia. vt Cain ca. voluissent, *s*. ex his, de pœn. dist. 1. 4. cum quis veritatem cognitam impugnat. can. eos qui, 1. q. 1. 5. cum quis scienter in peccato mortali persenerat, ca. inter hac hircum, in 2. de pœn. dist. 3. 6. cum quis existens in peccato habet propositum nunquam pœnitendi. can. potest fieri, de pœn. dist. 1. Sunt Sex, que impediunt peccati electionem de quibus videndum in 2. lib. Sent. dist. 43.

*c* ca. Illud relatu, 15. q. 1. c. 1. *Et* 2. de delict. puerorum.

*d* scientia, veluti num amens seu furiosus, vel mentis compos deliquerit. ca. indiat, 3. q. 9. ca. si quis insaniens 15. q. 1. vel num putaret se delinquere vel non, vt in l. fin. de ritu nuptia. P.

*e* ca. indignanter, 32. caus. quest. 6.

*f* ca. qui compulsus, 22. q. 5. ca. aut facta, de pœn. dist. 1.

*g* d. can. aut facta, *Et* dicta l. aut facta, de Pœn. P. vbi de his, *Et* apud Quintilianum li. 5. c. 1. Nos autem de his *Et* abunde tractauimus per nonem capita, lib. 30. Syn-  
tagma

- r**agma. incipiendo a 2. usque ad 11. vide **A**  
 Et l. prator edixit. 7. §. actorem, sum 2. seq.  
 de iniur. P. vide Et gl. in principio de pœ-  
 niten. distin. 1. ad verbum vtrum. ex To-  
 letano Concilio c. 2. relato in can. vnum o-  
 ratorium. 25. dist. ca. 1. Et ca. Apostolus  
 81. distin.
- h** sic distinguitur fere per totam dist. 4. de  
 pœnit. Et de consecra. distin. 4.
- i** ca. medicina, de pœnit. distinctione prima.
- k** ca. firmissime tene, Et procedente ca. per  
 baptismum, de consecr. dist. 4. ca. iam ita-  
 que, 1. q. 4. Et in princ. 2. q. 3. Omnes in  
 Adamo peccauerunt, ad Roma. cap. 8.  
 Quare omnis, qui ex concubitu nascitur,  
 hoc peccatum secum defert proxime cita-  
 tis iuribus. Et David Psal. 50. ecce in  
 iniquitatibus conceptus sum, & in pec-  
 catis concepit me mater mea.
- l** de carentia hac iustitiæ originalis gloss. in c.  
 maiores, §. verum, ad verba, propter ori-  
 ginale de Baptismo. Anselmus libro de  
 conceptu virginali. Iustitiæ originalis, fuit  
 quoddam auxilium diuinum supernatu-  
 rale, necessarium homini ratione sua com-  
 positionis. Quia cum sit compositus ex ani-  
 ma Et corpore, ex intellectu ali Et sensuali,  
 que quodammodo, si sue nature relin-  
 quantur, intellectum aggrauant Et impe-  
 diunt, ne libere ad summum contemplatio-  
 nis pertingere possit: ideo data fuit homi-  
 ni iustitiæ originalis, per quam si mens ho-  
 minis subderetur Deo, etiam ei subderentur  
 omnes vires inferiores, ut libere possent  
 in Deum tendere, cuius subtractio facta  
 fuit per peccatū originale, cuiusq. duplex  
 est pœna, vna pœna taxata peccato, scilicet  
 priuatio iustitiæ originalis Et priuatio vi-  
 sionis Dei: alia, est pœna concomitans, cu-  
 iusmodi sunt mors, infirmitates, Et alia ma-  
 la que sequuntur. Quæ verba transcripta sūt  
 ex Angelo Clauasio in Summa, in verbo pec-  
 catum, in princ. Innocentius 3. etiam in  
 c. 3. §. sed adhuc queritur, de Baptismo,  
 pœnam peccati originalis dicit esse carenti-  
 am visionis Dei; actualis vero peccati,
- g**ebenna perpetuæ cruciatum, Et per conse-  
 quens etiam carentiam visionis Dei. Dici-  
 tur Et peccatum originale, infirmitatis  
 carnis, languor nature, ca. illud relatam,  
 versi. itaque, §. questio. 1.
- m** c. maiores 3. §. verū quidam, de Baptismo.
- n** ca. ex quod, de consecr. dist. 4. c. maiores, §.  
 hinc vero diximus, de Baptis.
- o** ca. iam itaque, 1. quest. 4. can. si quis, 23.  
 quest. 4.
- p** D. Augustinus tractat. de duabus anima-  
 bus c. 11. in can. 1. §. fin. 15. quest. 1.
- q** tractatur in ca. vnum oratorium, §. vnde  
 Hieronymus, cum seq. §§. Et ca. qualis huius,  
 25. dist. ca. illa canenda, 15. q. 1. ca. sicut  
 tribus, Et can. sciendum, Et ca. inter hæc,  
 de Pœn. dist. 2. Ponuntur Et quatuor ge-  
 nera peccatorum a Diuo Hieronymo ad c.  
 1. Amos, Et ca. super tribus, de Pœnit. di-  
 stin. 1. primum peccatum, cogitasse qua  
 mala sunt: Secundum, cogitationibus ac-  
 quiescisse, peruersis: Tertium, quod mente  
 decreueris opere compleuisse: Quartum  
 post peccatum non agere pœnitentiam, Et  
 sibi in delicto suo complacere, vide cano.  
 testamentum, post medium, distin. 6.
- r** qua sunt superbia, de qua nos lib. 40. Syn-  
 taxeos artis mirabilis, c. 2. Et 3. auaritia  
 de qua nos eo. lib. c. 4. Et 5. Luxuria, de  
 qua nos eo. lib. c. 6. inuidia de qua nos eo.  
 libr. c. 15. Gula de qua eo. lib. c. 18. ira, de  
 qua eo. lib. cap. 21. accedia seu pigritia de  
 qua Et eodem libro cap. 24.
- s** Illud tractant Theologi in 2. Magistri sen-  
 tentiarum, dist. 23. Angelus Clauasio in  
 verbo peccatum, num. 1. in Summa.
- t** can. vnum oratoriū, §. criminis appellatio  
 25. distinctia. vbi gloss. ad verba, quia fa-  
 cile ait peccata venialia facile dici remit-  
 ti, eo quod possint aboleri Et remitti per  
 orationem Dominicam, vel per eleemo-  
 synam, vel per modicum ieiunium, vel  
 asperionem aqua benedicta, ut ca. de quo-  
 tidiano, de pœnitentia dist. 3. ca. qui vult,  
 de pœnit. dist. 6. can. aquam, de consecra.  
 distin. 3.

## CAPVT V.

1 De materia ipsius pœnitentia, seu de partibus eius in genere.

2 Et contritio quid.

**M**Ateria porro, ex qua perficitur pœnitentia, consistit in contritione, confessione, satisfactione, absolutione, seu remissione: quæ sunt partes sacramenti pœnitentiæ. a.

2 Contritio est b displicentia voluntaria cum dolore peccati commissi cōtra mandata Dei, cum proposito confitendi & satisfaciendi. Gratia Dei præcedit contritionem cordis, contritio remissionem.

## SCHOLIA.

a vide sanctum Thomam in 4. Sententiarum dist. 17. q. 2. art. 5. q. 3. artic. 1. & in 3. Parte summa q. 9. ar. 2. & 3. & glossam 1. 2. & 3. in princip. de Pœn. dist. 1. & ea perlecta eadem. de pœn. dist. 1. & ea. perfecta de pœnitent. distinct. 3.

b hac finitio composita est ex his, quæ dicunt sacri patres de contritione, maxime ex finitione Bonauentura in 4. sent. dist. 16. art. 1. q. 1. dum ait, Contritio est dolor voluntarie assumtus pro peccatis, cum proposito confitendi & satisfaciendi. Contritur autem homo, quando affectus peccati, secundum omnem sui partem omnino destruitur, quando peccati affectio omnino recedit. In quo dicunt attritionem a contritione differre, quod attritio, fit dolor imperfectus, & velut obscurus: ut contritio perfectus & lucidus, quo detestamur peccatum iam commissum, & a committendo in posterum retrahimur. Ex attritione via facilius ad contritionem, & virtute clauium saepe ex attrito fit contritus, ut loquitur D. Thomas lib. 4. Summa, dist. 17. q. 2. art. 1. q. 1. ad tertium. Habet contritio propositum confitendi, quando dabitur occasio & satisfaciendi. Et ideo si perfecta est, saepe impietatis remissionē a Deo consequimur, ut ex sacris literis & earum interpretibus elicitur & tractatur, in ca. 1. 2. 3. 4. 5. 6. & 7. & seq. de pœn. dist. 1. Di-

**A** sputatur & in utramque partem, in tota fere q. 1. de pœnitentia, utrum sola cordis contritione & satisfactione secreta, absq. eius confessione quis possit Deo satisfacere, & indulgentiā mereri. Eiusq. questionis glossa maxima & 3. in principio de pœn. dist. 1. refert plures sententias, & tandē videtur resolvere auctoritates, quæ dicunt, peccata dimitti sola cordis contritione, intelligendas, quando articulus necessitatis excludit oris confessionem, contrito præuenito morte vel alio iusto impedimento, cū intentione tamen cōfitendi & satisfaciendi ex c. magna, de pœ. dist. 1. argu. c. a nobis, 2. de sent. excom. Peccare tamē mortaliter huiusmodi quidā aiunt, si cum possit confiteri non confiteatur. videnda quæ notantur a glos. in Summa de pœn. dist. 5. item, si possit satisfacere & non satisfaciatur. can. non dubito, de consecra. dist. 4. At auctoritates, quæ asserunt sine confessione & operis satisfactione peccatum nō dimitti, intelligi debere de interiori confessione, quæ est recognitio peccati, vel propositum confitēdi vel gratia, quæ sic homo disponitur, ut cognoscat peccatum suum, quamuis & D. Thomas in 4. sententia, dist. 17. q. 3. art. 1. ad primum, intelligi etiam dicat proprie de confessione exteriori & de satisfactione, etsi Deus interdum largiatur gratiam suam ante ista, dum modo adsit propositum confitendi & satisfaciendi, nec dicitur cor contritum eius, qui confiteri contemnet. ca. fin. 22. q. 1. ca. non dubito, de consecra. distinct. 4. glos. ad cano. 3. de consecratio. distinct. 1.

## CAPVT VI.

1 Confessio quid.

2 Diuisio.

3 Minister.

4 Qualitates confessionis debita.

5 An scripto fiat.

**C**ONFESSIO, est accusatio sui de peccato proprio, a facta coram legitimo eius ministro. b.

Confessio quædam interior, quæ coram Deo fieri potest: quædam exterior, quæ fit eius vicario. c Vicarius Dei in hoc est,



est, idoneus quisque minister seu sacerdos, A cui claves & potestas absoluendi & ligandi data sunt: d quare peccata sibi confessa dicitur scire, non tanquam homo, sed tanquam Deus, cuius agit vices: e & proinde punitur acriter, si confessiones detegat, nec ei asserenti creditur. f.

3 Sacerdos porro iure cōmuni huic ministerio idoneus, est p prius seu parochus, vel alius ab eo commissus, g vel electus ex superioris licentia, h vel existente imperito B parochō, aliis, i qui tamen habeat potestatem ligandi vel solvendi. k Potest & prælatus exemptus sine superioris licentia sibi eligere confessorem. l Sed & si presbyter haberi non potest in casu necessitatis mortis imminētis, possumus peccatum confiteri laico & socio. m At interdictum mulieribus confessiones audire. n Item regularibus, nisi privilegio summi pontificis fuerit permissum. o.

4 Confessionis sacramentalis qualitates exprimuntur, p vt sit simplex, humilis, pura, fidelis, frequens, nuda, discreta, lubens, verecunda, integra, secreta, lachrymabilis, accelerata, fortis, accusans, parere parata. Ne tamen est necesse, vt quæ semel sacerdoti confessi fuerimus, denuo confiteamur: sed lingua cordis, non carnis, apud iudicem verum ea iugiter confiteri debemus. q Permittitur pœnitenti in scripto D peccata sua confessori offerre, si prælens tamen sit: non etiam si absens.

## S C H O L I A.

a Psal. 31. dixi confitebor aduersum me iniusticiam meam Domino, & tu remisisti impietatem peccati mei. can. dixi. 4. de pœnit. dist. 1. ca. secundo post naufragium 7 2. ca. si quis aliquando 87. §. his auctoritatibus, canon. voluissent 60. §. ex his itaque, eadem de pœni. dist. 1. Corde creditur ad iustitiam: ore fit confessio ad salutem Esa. 43. narra si quid habes, vt iustificeris.

b sic Dni Iacob. c. 1. confitemini alteri alterum peccata vestra.

c Confessio potest fieri Deo & hominibus, vel publice vel priuatim. Primum Domino confessio offeritur, dehinc sacerdoti ca. sufficit de pœn. dist. 1. Deo narrantur delicta, non tantum lingua, sed etiam conscientia memoria, eaque lingua cordis iugiter confiteri debemus. Publicam Deo confessionem faciendam Græci orientales dicunt. Ecclesia Catholica publicam, & priuatam factam sacerdoti habet. ca. pen. & fin. de pœnit. dist. 1. Sicut & in Ecclesia primitiua, legimus etiam fuisse articulare & priuatam factam sacerdoti confessionem, apud Diony. Arcopagitam, in epistola ad Demophilum & Origenem lib. 1. ad e. d. ex. Cyprianum sermone 5. de lapsis, in Concilio Tridentino sessio. 4. de sacram. pœnitentiæ.

d Vide Dni Matthæi Euangelista caput 16.

e cap. si sacerdos, de officio ordinario.

f dict. c. si sacerdos, & c. significasti, de adulteris, cap. omnis utriusque sexus, de pœn. & remissio, ca. sacerdos, de pœnit. dist. 1.

g c. omnis utriusque sexus, de pœnit. & remissio ca. placuit, & ca. qui vult consecra. de pœnit. dist. 6.

h cap. de pœnit. & remissio in Sex.

i ca. penult. & fin. de pœnit. distinctione sexta.

k ca. 1. de pœnit. distinctione sexta.

l ca. finali de pœnit. & remissione in Sexio.

m ca. qui vult confiteri, de pœnit. dist. 6. c. 2. de fur. & ibi glossa. explicat ca. sanctum est, de consecra. dist. 4. can. quem pœnitet, de pœn. dist. 1. verum laicus confessione audita, non absoluit.

n c. noua quadam, de pœnit. & remissio.

o Clem. 2. §. statuimus, de sepulturis, & in Extranagan. com. c. vas electionis, de hereticis lib. 5. vbi tamen tres improbantur errores cuiusdam Ioannis de Peliaco, doctoris Parisiensis. Primus quod confessi fratribus habentibus licentiam generalem

audiendi confessiones, tenentur eadem peccata, qua confessi fuerant, iterum confiteri proprio sacerdoti. Secundo, quod stante statuto, omnis utriusque sexus, edito in concilio generali, Romanus pontifex non possit facere, quod parochiani non teneantur omnia peccata sua semel in anno proprio sacerdoti confiteri. Tertio quod Papa non possit dare potestatem generalem audiendi confessiones, imo nec Deus, quin confessus habenti licentiam, teneatur confiteri proprio sacerdoti, quem dicebat esse proprium curatum.

q Explicantur ista qualitates in 4. sent. dist. 17. ab Angelo de Clauasio in Summa, in verbo, confessio numero. 1.

r ca. qui aliquando videt, §. nec est necesse, ubi eadem verba, de Pœni. dist. 1. Ibi tamen glossa ad verba. denuo confiteantur, explicat casus, in quibus quis pluries idem peccatum confiteri tenetur propter imperitiam sacerdotum, nam in eo casu & confessum peccatum alii peritiori confitendum, ca. placuit, de pœniten. dist. 6. 2. pro contentis satisfactionis, argu. ca. si Apostolus, de pœniten. dist. 3. Item tertio, si enorme delictum sacerdos remittat ad superiorem absolvendum, nam ei confitendum est, argu. can. latorem, 33. q. 2. c. significavit, de pœnit. & remissio.

s ca. qualis debeat 4. in fine & ibi, glossa 30. D f c. peccatum, de regul. iur. in Sex. ca. canonica, 1. q. si. c. porro, & c. parochiales, de senten. excommunicata. Satisfactio pœnitentia, etiam secundum Diuum Augustinum lib. de dogmatibus Ecclesia. cap. 54. est, peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere: quod refertur, in ca. satisfactio. 3. de Pœniten. distinct. 3.

t ca. quem pœnitet, de pœniten. dist. 1.

#### CAPVT VII.

1 De satisfactione, quid in genere.

2 Pro peccatis duplex propitiatoria & canonica.

3 Opera satisfactoria.

1 Satisfactio in genere, nihil aliud est, quam dum quis tantum, quantum sit satis, facit, vel tantum facere, quo is cuius interest, contentus sit. a.

2 Satisfactio tamen pro peccatis duplex est, ppitiatoria & canonica. Propitiatoria est, Dominus noster IESVS CHRIS TVS,

A qui dedit semet ipsum pro nobis, vt nos redimeret ab omni iniquitate, & munderet sibi populum acceptabilem, sectatorem bonorum operum. b Is enim sua passione satisfecit iræ Dei patris, qua nos prosequeretur. Itaque ipse est propitiatio pro peccatis nostris: non pro nostris tantum, sed etiam totius mundi. c Canonica satisfactio est, qua secundum regulas Ecclesiasticas iniungitur per Dei vicarios pro qualitate delicti, vt possimus per obedienciam, Dei & Ecclesiæ mandatis, obtemperare. d.

Satisfacit tunc peccator, quando pœnam impositam exsequitur, per quam reconciliatur Deo ex iudicio Ecclesiæ, e damnatum datum resarciendo, cum non dimittatur peccatum, nisi restituatur ablatum. f.

Satisfactioni vt plerumque iniuncta opera ieiunii, orationis eleemosynæ. g Est & aliquando pro satisfactione acceptata bona voluntas pœnitentis, tum eique dicitur, vade & noli amplius peccare. h.

#### SCHOLIA.

a l. 1. Qui satisfacta. coga. P. 1. §. satis acceptio, de verbo. oblig. P.

b D. Paulus Epist. ad Titum c. 2. vers. 14.

c 1. epistola Diui Ioannis, capite 2. vers. 2.

d ca. fraternitas, causa duodecima, quest. 2.

e ca. facilius, de consecrat. distinctio 1.

D f c. peccatum, de regul. iur. in Sex. ca. canonica, 1. q. si. c. porro, & c. parochiales, de senten. excommunicata. Satisfactio pœnitentia, etiam secundum Diuum Augustinum lib. de dogmatibus Ecclesia. cap. 54. est, peccatorum causas excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere: quod refertur, in ca. satisfactio. 3. de Pœniten. distinct. 3.

g c. 1. & ca. medicina, 76. de pœniten. dist. 1.

E h ca. quamuis caute, §. hac auctoritate, de pœn. dist. 3. vide etiam ca. si cui etiam, cum §§. sequentibus, de pœniten. distinct. 1.

#### CAPVT VIII.

1 De Absolutione quid. 2 Indulgentia.

3 Species, & a quibus fiat.

ABSOLV-

**A**bsolutio, est dissolutio † vinculi peccati, quo quis detinetur, quæ fit post satisfactionem. *a* cum peccator mundatus reconciliatur Ecclesiæ, *b* addita quadam pœnitentiâ.

**2** Quam sæpe leuè † faciunt summi pontifices aperientes thesaurum misericordiæ Dei, ex quo largiuntur indulgentias certis personis, & ob certas causas remittentes in nomine domini pœnam & culpam. *c* Concedunt & Episcopi aliquando indulgentias. *d* Sed dantur maiores a summo pontifice nomine Iubilei. *e*

**3** Conceduntur & publice † absolutiones ab episcopo. *f* Priuatæ ab aliis etiâ sacerdotibus. *g* Hæreticis tamen & excommunicatis, neque ligandi, neq; absoluedi potestas datur. *h*

## S C H O L I A.

*a* Clementina prima, de Sepulturis.

*b* ca. qui egerit, & sequentibus, de pœnitentiâ, distinct. 7.

*c* c. quid autem, de pœnitentiâ. & remissio. ca. excommunicamus. §. quod autem, de hæreticis, ca. ad liberandam terram sanctam, de Iudeis.

*d* c. cum ex eo, de pœnitentiâ. & remissio.

*e* in Extrauag. 1. & 2. de pœnitentiâ. & remissio. vide qua dicemus infra Deo fauente, de indulgentiis, & dicta in libr. 2. Syntagm. iuris. ca. 9.

*f* ca. omnes. 17. q. 4. ca. 26. quæst. 6.

*g* ca. ministrare. §. ecce quod, & ca. presbyteri. 26. q. 6.

*h* c. audiuimus. §. fin. cum 2. cc. sequent. 24. q. 1. can. verbum, de pœnitentiâ, dist. 1.

## C A P. I X.

Qui imponant pœnitentias, Deus, episcopus, sacerdos.

**P**rimus Deus, imposuit Adamo pœnitentiam ob delictum, in sudore vultus tui vesceris pane tuo, & mulieri, Multiplicabo arumnas tuas, & conceptus tuos, &c. *a* Et Caino dicens, nunc igitur maledictus eris

**A** *super terram, &c.* *b* Publicæ pœnitentiæ & solemnes, non nisi ab episcopis imponi possunt. *c* Sunt & casus quidam delictorum reseruati episcopali absolutioni, quorum pœnitentiâ ab episcopo est imponenda: quæ tamen ex eius delegatione speciali, ab alio imponi potest. *d* Sic absoluit episcopus maiori excommunicatione excommunicatos, *e* imponit pœnitentiam blasphemis Dei & sanctorum, sortilegis, *g* matrimonium contra interdictum Ecclesiæ clandestine contrahentibus, *h* delinquentibus crimine enormi publico, opprimeti filium ex proposito, homicidæ, falso testi, falsario instrumenti, periuro, incesto, monialium corruptori, coeunti cum bruto & similibus, quæ specialiter reseruata traduntur. Exstant, quæ permittuntur in aliis casibus presbyteris simplicibus, pœnitentiarum impositiones, si reseruati non fuerint superioribus Prælati.

## S C H O L I A.

*a* Genes. 3. can. serpent. de pœnitentiâ, distinctio 1.

*b* in historia Genesios. ca. 4. vers. 11.

*c* ca. accedentibus, 12. de excessibus prælator. ca. in capite 50. distinct. c. conquerrere de offic. ord.

*d* ca. fin. de pœnitentiâ, in Sex. lib. 5. tit. 10. ubi glossa notat casus reseruatos & Hostien. in summa de pœnitentiâ. §. cui confitendum sit. Angelus in summa, in verbo excommunicatio. 3. 6. & 7.

*e* c. nuper de Sententia excommunicationis.

*f* vide caput secundum de Maledictis.

*g* vide cap. secundum de Sortilegiis.

*h* ca. cum inhibito. de Clandestina despon. cap. 1. & fin. de matrimon. contracto contra interd. Eccles.

## C A P. V T X.

**E** 1 Forma pœnitendi.

2 Absoluendi.

3 A quibus pœnitens absteat, quæq; agat.

**F**ormula pœnitendi solemniter, iam supra demonstrata est. *a* Publicam autem

& secretam ex arbitrio confessoris pendere, dictum quoque. *b*

Formula porro absolventi illa receptior est, *Ego te absolvo a peccatis tuis potestate mihi data, in nomine Patris, & filii & spiritus sancti. d* Additur & manus impositio ex antiquissima formula, cuius ministerio spiritus sanctus operatur. *e*

Pœnitentium est comas deponere, vestimenta non mutare, non vestiri pretiosis, *g* abstrahere se etiã a multis licitis, cum sollicitudine vitæ æternæ & dolore admiffi criminis, *h* a carne & vino abstinere, uxorem non ducere, ieiunare, vigilare, orare, elemosynas largiri, arma non cingere, &c. abstinere a thoro, gladio, & equitatu, ab escis & potibus, in tertia & quinta feria & sabbatho vti leguminibus, paruis pisciculis, ceruisia mediocri, & temperate. *k* Et ex Cœcilio Laodicensi, *l* Diebus remissionis seu pœnitentiæ, pœnitentes genua flectere, & mortuos in Ecclesiam adferre, sepelireque debere, dicitur: non tamen die dominico ieiunare oportere.

## S C H O L I A.

- a* ex ca. in capite, quinquagesima dist.  
*b* cap. Deus qui ecclesiam, & pœnitent. & remissio. can. consideret. de pœnitent. distinct. sexta.  
*c* qua forma edita in Concilio Florentino, *D* sub Eugenio 4. Premittitur tamen oratio. Misereatur tui omnipotens Deus, &c. sed illa non est ex substantiali forma.  
*d* Data illa potestas a Deo dicitur Matthæi, capit. 16. dicitur Ioan. Euangel. capit. 20. can. verbum Dei, § 1. de pœnitentia, distinct. 1.  
*e* Nicephorus Calixtus, libro sexto historia. cap. 1.  
*f* can. pœnitentes. § 10. dist.  
*g* can. Adam 80. de pœnitentia, distinctio prima.  
*h* ca. 1. § animadvertere. cum §§. sequentibus. de consecrat. dist. 1.  
*i* can. admonere 8. §. fin autem publicam. 33. q. 2.

*A k* can. fin. caus. decimatertia, quast. 2.  
*l* In cœcilio Laodicensi. 4. can. § 4. unde sumtus est. can. sacerdos pœnitentiam imploranti. 26. q. 7.

## C A P V T II.

- 1 Pœnitentia nemini neganda.  
 2 Monasterii pœna.

**P**œnitentia ¶ nemini neganda, a imo omnes ad pœnitentiam hortandi, atque statim, ubi quis peccauit, ad pœnitentiam recurrere debet: *b* quin, & quinoluerint pœnitentiam agere, ¶ cogendi erunt, vel *2* puniendi, vel monasterio detrudendi, vel alio loco ad eam peragendam concludendi. *c*

## S C H O L I A.

- a* can. si aliquid, §. fin. can. presbyter. can. penultim. 26. quast. 6. can. sacerdos. can. hoc sit positum. §. fin. can. pœnitentiam. 26. quast. 7. can. multiplex. §. his autem, & §. ita ergo. & can. miror. can. pœnitentia. de Pœn. dist. 1. & can. Apostolorum § 1.  
*b* can. Adam. de Pœnitentia. dist. 1.  
*c* can. dictum 8. sub 81. dist. can. fina. 22. quast. 1. can. erga eum 26. quastio. 7. can. quod si pœnitentiam. §. fin. 17. questione prima. can. tres sunt. §. neque. can. dimitti. de pœnitentia, distinctio 1. can. Achab. de pœnit. distinct. 3. in can. placuit 33. q. 2. cum similibus. De monasteriorum pœna dixi quaedam in Syntag. iuris. Sic monasterium utroque iure pro agenda pœnitentia delinquentibus, etiam inuitis, statuitur, ut in adultera quam maritus reconciliare non vult, in cap. gaudemus in Domino 19. de conuersio conjugator. §. si vero quando adulterii crimen, ut nulli Ind. liceat habere loci seruator. In nouellis, autem. sed hodie, de adulter. C. & alibi propter culpam suam, quis cogitur intrare monasterium, ut can. si ille § 10. dist. can. de lapsis. 16. q. 6. can. si quis rapuerit 27. q. 1. ca. de benedicto. 2. q. 1. can. in primis 2. q. 1. can. fraternitatis. in fin. 34. dist. Novella Leonis 87. de Eccle-

*fasticorum alea ludentium poena, Episcopus A  
pos alea ludentes, ad expiandum crimen  
relegat in monasterium per triennium.*

*quod & iure civili receptum, Nouella  
18. capit. 8. leg. final. C. de Summa Tri-  
nitate.*

## CAPVT XII.

- 1 Finis est effectus poenitentiae, indulgentia, emendatio..
- 2 Petens poenitentiam non reiciendus.

**F**inis poenitentiae est, † obtinere indulgentiam, quam nisi quis sperauerit, non potest recte poenitentiam agere. *a* Alius est finis correctio eius, quod male factum est, *b* vtque emendati Christiani, vitam consequantur aeternam. Et ideo dictum, *Poenitentiam agite, appropinquauit enim regnum caelorum. c* Et rursum, *d* Oportebat Christum pati, & predicari in nomine eius poenitentiam, in remissionem peccatorum. Neque etiam ante poenitentiam, datur peccatori misericordia. *e* Mitigat enim iram Dei, & operatur iustificationem, vel peccatorum remissionem. *f*

Quare qui a peccato reuertitur, non est reiciendus, & Episcopus aut presbyter, qui reiecerit, deponendus, *g* & parcendum poenitenti. *h*

## SCHOLIA.

- a* Ambrosius. lib. 1. de poenitent. c. 1. can. nemo potest, de poenitent. dist. 1.
- b* can. 43. neminem, de poenitent. distinct. 1.
- c* Diui Ioan. Euang. cap. 3.
- d* Diui Luce Euang. cap. fin.
- e* can. qui sanctitas, 50. dist.
- f* can. porro illi. can. facilius, can. sed & continuo. can. serpens, can. liberator. can. multiplex. can. potest fieri. §. fin. cum simil. de poenitent. dist. 1. can. quamuis. §. fin. cum seq. usque ad can. sicut Achab. de poenitent. dist. 3. cum prope infinitis similibus vide plura, quae diximus de effectu poenitentiae. libr. 2. *E*
- g* in canone quinquagesimo primo Apostolorum.
- h* In Synodo Laodicensi. capit. 8. in Synodo Carthaginensi. can. Aurelius 16. quaest. 6.

## DE EXTREMA VNCTIONE.

## TITVLVS XI.

*a* De hac tractatur, in cap. vni. de sacra vnctione, libro primo, Decretalium, titul. 15. tractatur & in canone secundo, cum duobus sequentibus 95. distinct.

## CAPVT I.

*Continuatio, & quid extrema vnctio.*

**S**equitur vt post necessaria victuris sacramenta, dicamus de sacramento morituris exhibendo, quod dicitur ideo vnctio extrema. *a* Quia his, qui verisimiliter ex hoc seculo de proximo exituri sint, datur. Iuxta Diui Iacobi mandatum. *Infirmatur aliquis in vobis, inducat presbyteros Ecclesiae, qui orent supra eum, ungentes cum oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit infirmum.*

## SCHOLIA.

- a* Qui dixerit extremam vnctionem non esse sacramentum, sit anathema, Concilio Tridentino, Sessio. 14. in canonibus, de sacramento extrema vnctionis. can. 1. 2. 3. vide in 4. Sententiarum. dist. 23.

## CAPVT II.

- 1 Vnctio duplex.
- 2 Materia.
- 3 A quo fiat.
- 4 Et forma.

**I**n hoc Sacramento, † vnctio duplex: interior & exterior. Exterior materialis est & visibilis: interior spiritalis & inuisibilis: illa inungitur corpus: haec cor. *a*

Materia eius, † qua linimentum fit, oleum *2* est oliuarum, consecratum ab Episcopo solum: *b* cui tamen, antequam deficiat,